

VIZKELETY ANDRÁS

NÁDASDI BÁLINT OMNIÁRIUMA ÉS BESZÉDE A FEJEDELMI TISZTRŐL

A „lelőhely ismeretlen” (Verbleib unbekannt) felirattal megjelenő cikkeket szinte már rovatnak tekinthetjük az egyik tekintélyes germanisztikai folyóiratban (*Zeitschrift für deutsches Altertum und deutsche Literatur*): az irodalomban már ismert, de azután eltűnt, majd ismét, váratlan helyen felbukkanó kéziratokról adnak hírt ezek a lapok.

Az Országos Széchényi Könyvtár Oct. lat. 1220. jelzetű, 1975-ben megvásárolt kéziratát is már kétszer fenyegette a pusztulás, elkallódás veszélye. A tudományos érdeklődésű Blahó Vince ferences 1761-ben a gyöngyösi kolostorban akadt rá az – úgy látszik – elég rossz állapotban lévő kötetre, a cassai teológusokkal 1785-ben bekötötté, tartalomjegyzékkel látta el és az előzéklap verzójára bejegyezte: *Hic liber reponendus est ad Archivum Provinciae, ne, uti jam periclitabatur, pereat.* Az elővigyázatosság jogos, de eredménytelen volt. Karácsonyi János az 1900-as évek elején még Gyöngyösön használta a kéziratot. 1930-ban azonban már az OSzK egy Lehoczky nevű fényképészettől 8 db. fotókópiát vásárolt a kódex néhány lapjáról, amely ekkor – a növédéknapló bejegyzése szerint – az aradi ferencesek birtokában volt (jelzete: Facs. I. 601). Az egyik kópia tanusága szerint a kéziratban ekkor még benne volt a Salvatorianus-provincia bélyegzője, amit azóta kivágtak. Alszeghy (ld. alább) 1935-ben már mint volt ferences tulajdonról beszél a kéziratról, akkor lelőhelyét azonban nem nevezi meg. Ekkor kezdődhettet el a kötet mindezideig tartó lappangása, amit az irodalomban Dömötör Tekla 1960-ban konstatált (ld. alább).

A kéziratot Nádasdi Bálint szalvatoriánus ferences *pro stipanda labili memoria* (2^r) 1551-ben kezdte el írni a párizsi egyetemen, ahová Báthori András küldte ki, akinek udvari papja volt. Nádasdi születésének és beöltözésének évét nem ismerjük. 1542-ben már Tasnádon, 1544-ben Nyírbátorban prédikált. Itt ismerkedett meg vele Báthori András szabolcsi főispán és országos főkapitány, aki 1546-ban udvarába rendelte. Párizsból való hazatérte után előbb Szakolcán – Báthoriné Thurzó Anna lakhelyén –, majd Szécsényben lett gvárdián. 1561-ben a rendi káptalan a provincialis segédjévé választja, de 1564-ben újból Báthorihoz kerül.¹ Feltehetőleg még ez évben meghalt, mert az előzéklap verzójának egy másik bejegyzése szerint a kéziratot 1564-ben Emericus de Thwys Szakolcán átadta frater Emericus de Gyöngyösnek „használatra” (a ferenceseknek nem lehetett „tulajdonuk”). Nádasdi pedig életében aligha vált meg a kézirattól. Tartalmát a darabok jelenlegi

¹Karácsonyi János, *Sz. Ferencz rendjének története Magyarországon 1711-ig*, I-II. Bp., 1922–1924. ld. a kötetek névmutatóját.

sorrendjében ismertetjük, fenntartva a lehetőséget, hogy az újrakötéskor az ívek rendje megváltozott. Eredeti számozása, fóliálása a kéziratnak nincsen. A szövegek nagyrészt Nádasdi kézírását őrizték meg, néhány helyen Fr[ater] V[alentinus] N[adasdi] betűjelekkel alá is írta magát. Egy kurzív és egy könyvírás-grádust használt.

Bizonyosan Nádasdi kezétől származnak az első részben álló másolatok, olvasmány-kijegyzések: Egy Pseudo-Ovidius elegia (4^r-5^v),² egy asztronómiai traktátus (6^{r-v}), Luthernek a tisztítóhelyről vallott, a katolikus egyháztól kárhoztatott nézetei (7^{r-v}), egy himnusz (8^{r-v}),³ egy apokrif Szűz Mária- és egy Antiochiai Szt. Ignác-levél (9^v) és egy – minden bizonnal nyomtatott műből kimásolt – előszó *Ad lectorem* címmel (10^r). A 9. levél rektója üres.

A következő részben (12^r-93^v) latin beszédek, prédkációk állnak. Ezeknek minden bizonnal Nádasdi a szerzője is, kettőt közülük kézjegyével és dátummal is ellátott (71^r: 1551, 89^v: 1554). Az elsőt, amelyet könyvírás-grádusban írt (*De munere principum*), alább közöljük. A többi beszéd címe, ill. téma: 25^r: *De sacerdotum dignitate*, 32^r: Pünkösdre, 38^r: *De præparatione ad gratiam*, 42^v: *De ecclesia Romana et eius fidei firmitate* (ennek egyik fejezete: *Quod sola fides non sufficit ad salutem*), 57^r: Karácsonyra, 63^r: *Ad laudem dei parae virginis*, 71^r: *De divo patre Francisco*, 75^r: *Dico vobis quia auferetur a vobis regnum die ...* (Mt.21, 43, nagyböjtű téma), 78^v: Tertullianus: *Adversus hereticos*, 82^r és 89^v: *De electione ministri* (két beszéd).

Ugyancsak Nádasdi írta be a 94^r-104^v leveleken álló, a magyar történelemmel kapcsolatos feljegyzéseket a honfoglalásról (*De egressu Hunorum de Scitia*) és a magyar királyokról (*Genealogia ac nomina regum atque ducum Hungarie*), amelyek Ferdinánd uralkodása alatt részletesebbek lesznek és 1556-al zárulnak.

Egy másik XVI. századi kézről (= F. P. 1598. v. ö. fol. 110^r) származnak a ferences rend történetére vonatkozó részek: 108^r: ferences kolostorok jegyzéke, 108^v-110^r: törökök által megölt ferencesek névsora (1526-1563), 110^v-198^r a magyar és bosznai ferences provincia krónikája. A krónika több kéz írása, a 189 verzótól (1535-től) írt a második kéz, 191 verzótól (1583-tól) a harmadik. Ezek a részek még a XVI. században készülhettek. A 193^r-től egy ideig az a XVII. századi kéz folytatja a krónikát, amely a krónika után következő magyar drámát írta. Ez a kéz 1627-ig vezeti a feljegyzéseket. Ugyanez a kéz a kódex 102. verzóján a következő szavakat írta a margóra: *hoc anno 1627 sunt 82 anni, ex quo turca Budam habet*. A kétszer is leírt 1627-es dátum ezt az évet ajánlja a dráma lejegyzésének időpontjaként is (Alszeghy: XVII. sz. eleje, Dömötör Tekla: XVII. sz. közepe).

Ezután következik a tékozló fiúról szóló magyar dráma (199^r-216^r) és a hét szentségről szóló magyar vers (217^r-223^v).⁴ 224^r-230^r: iratlan lapok.

²Kiadta Emil Baehrens, *Poetae Latini Minores*, V. Lipsiae, 1883. 363. A vers középkori továbbéléséhez v.ö. Hans Walther, *Initia carminum ac versuum mediæ aevi posterioris Latinorum*, Göttingen, 1959. Nr. 4796 *Dulcis amica verni ...*

³Chevalier Nr. 9910.

⁴Kiadta Alszeghy Zsolt, EPhK 1935. 34-63. Blahó tartalomjegyzéke alapján ismertette az egész kötetet is. Alszeghy átírását újra leközölte Dömötör Tekla, *Régi magyar drámai emlékek*, II. Bp., 1960. 5-42.

A 230^v-272^r tartó teológiai jegyzeteket újból Nádasdi írta párizsi egyetemi évei alatt (v. ö. 247^r, 256^v, 269^v). A néhány íratlan lap után következő, a Salve Regina himnuszhoz kapcsolódó mariológiai jegyzetek (275^r-280^r) is XVI. századiak, de valószínűleg nem Nádasdi lejegyzései.

Nádasdi kezétől származnak az utolsó helyen álló latin levélformulák (287v-343r), egy helyütt (292^v) egy kedves magyar záradékkal: *Vale, meg fárattam vala*. A levelek egy része a rendkormányzattal összefüggő valós levelek másolata, másik része humanista levélminta, amiket talán humanista leveleskönyvekből állított össze Nádasdi. Szerepel közöttük egy Sapidus-levél is (335^v), akivel Erasmus levelezett.

A kézirat tudományos felhasználása – mint feljebb jeleztük – részben megtörtént, és közöltek belőle egyes részeket is. A törökötől megölt ferencesek neveit Karácsonyi közölte.⁵ Ugyanő felhasználta ferences rendtörténetében az idevágó részeket.⁶ A dráma kiadásairól már megemlékeztünk. A szövegközlés pontos, csak néhány, sajtóhibának minősíthető eltérést találtam. A kézirat többi része felhasználatlan maradt, pedig az eddig fróként nem is nyilvántartott Nádasdi műveit is tartalmazza. A formulárium-rész nagyon sokrétű művelődéstörténeti anyagot kínál. Soltész Zoltánné Nádasdit, akinek 22 XVI. századi nyomtatványa és egy ősnymatvatványa ma is Gyöngyösön található, mint könyvgyűjtőt mutatta be.⁷

A fejedelmek tiszteről szóló beszédet betűhív átírásban közlöm, csak az *u* és a *v* használatát normalizáltam. A tulajdonneveket következetesen nagy kezdőbetűvel írtam át, az *et* kötőszót, ha nem mondat elején áll, kisbetűvel kezdtem. Különben a nagy és kis kezdőbetű kérdésében is Nádasdi használatához igazodtam. A rövidítéseket feloldottam. Nádasdi saját javításait mindenütt figyelembe vettettem, a törölt részeket nem közlöm.

A beszéd figyelemremélő szónoki kézségről és irodalmi ismeretekről tanúskodik. Felépítése, terminológiája, díkciója már azokkal az elemekkel rokon, amelyeket Bruno Singer a XVI-XVII. századi humanista speculum principum-okban mutatott ki.⁸ A szöveg elemzésével, kommentálásával itt most nem foglalkozunk. A görög Platon- és Aristoteles-idézetet Nádasdi maga fordította le latinra. A *Parcere subiectis...* figyelmeztetés Vergilius Aeneiséből származik (VI. 854).

[127]

De Munere Principum oratio Valentij Nadasdinj

Si quis vestrum forte, Principes Hungari, miratur, in maximis Reipublicae nostrae periculis, varisque et undique circumfusis doloribus, nescio qua vos occupari contiuncula: rem ante persipiat, et penitus intelligat, admirari postea desinet, et

⁵Egyháztörténelmi emlékek a magyarországi hitüjítás korából, II. Bp., 1904. 531–534.

⁶V. ö. 1. sz. lábjegyzet.

⁷XVI. századi könyvgyűjtők kötetei a gyöngyösi műemlék-könyvtár antikva-gyűjteményében. in Az Országos Széchényi Könyvtár Évkönyve, 1965–1966. Bp., 1967. 115–148.

⁸Bruno Singer, Die Fürstenpiegel in Deutschland im Zeitalter des Humanismus und der Reformation, München, 1981.

aliud forsan requiret. Etenim sic, Principes Hungari, debetis existimare: nullam a conditio hoc regno, per Mille annos, quibus ab Atyla, et subtaro Hunnorum omnium Sapientissimis, et fortissimis imperatoribus omni laude, et gloria: belli, pacisque /12^o/ floruit: vel graviorem, vel utiliorem de Republica Quaestionem hac contione in conspectum vestrum esse deductam. Agitur enim hodierna die principes non de singulorum fundis, et Possessionibus: Verum de communj omnium salute et vita: de coniugibus, liberisque vestris: atque hoc domicilio clarissimj imperij, fortunatissimo pulcherrimoque regno nostro; De perpetuo, et immutabili: vero, et constanti munere principum, et officio.

Quae cum ita sint: per infinitam bonitatem tuam, Deus optime Maxime, cuius ope, et auxilio multomagis res honestae, atque laudabiles, quam ratione, /13^o/ et consilio gubernantur: hanc pacem, et veniam peto, precorque: ut me de principum officio, et conservatione regnj nostri dicere incipientem, splendore, et claritate bonitatis, et sapientiae tuae, mirabiliter illuminare, et illustrare digneris: ut virtutem, et veritatem, atque Lucem in aestimabilem tantae Quaestionis, ad laudem immensaee bonitatis, et magnitudinis tuae, (qui optimus et maximus, ut es, sic merito appellaris) in tot nostrae orationis cursu dirigere, et rem tantam, tamquam necessariam: quanta certe, quamquam necessaria est, ob oculos omnium ponere valeamus: ut ea cognita, et perspecta, nomen tuum inter homines /13^o/ illustretur; illustratum, cognoscatur; cognitum praedicetur, atque celebretur. Vos autem Principes Hungarj obtestor, et obsecro: ut in auditione et cognitione rej tantaee, tamquam necessariae, sumnum studium, singularemque diligentiam adhibeatis. Primum enim de moribus et vita, Tum de comodis, et utilitate: Postremo de dignitate, et ornamentis bonorum principum disputabo. Utinam autem, Principes Hungarj, quae de moribus et ingenio totaque descriptione bonorum principum hodierno die dicturus sum, intimis animis /14^o/ accepturi sitis, et in omnibus negotijs privatim et publice ob oculos habituri. Neminem enim tam durum, tamque agrestem puto futurum: qui non eximiam, atque admirabilem eius imaginis, et formae, tanquam ex ore pulcherrimo experessae, dignitatem sit admiratus, et quasi ore pleno laudatus. Neminem etiam vel tam furiosum, vel tam perditum, qui non rebus praeclare gerendis animum ad rem tam honestam, tam laudabilem, tam omnium memoria, celebrationeque dignam: velit convertere. Duae sunt igitur, Hungari Principes, eorum qui student in rebus publicis excellere, /14^o/ summae artes atque doctrinae.

Parcere subiectis, et debellare superbos.

Quicumque enim princeps esse, et tam grave, tamquam magnificentum nomen sustinere, tuerique vult; necesse est, ut non tantum in hostilibus praelijs, faelix, inclytus, victor, ac triumphator semper sit Augustus: Verum etiam ut lenitate et clementia, mansuetudine, et facilitate, iustitia, et pietate: firmissimis regnorum vinculis, omnes administrationis suaee fines armare, et decorare velit, atque possit. Egregij namque Principis est, utrumque tempus: bellorum et pacis administrare, atque gubernare posse: Et non solum in propagandis /15^o/ imperij finibus: Verum etiam in conservandis exercitatum esse. Multa vero, Principes Hungarj, sunt quae magnus imperator: vel ad inferendum bellum, vel ad propulsandum, afferre debeat: In primis tamen scientia rei militaris, virtus, et auctoritas, in eo quem summum esse volumus, requiritur. Hic enim talis tantusque est, ut e ludo, pueritiaeque dis-


ciplina, bello maximo, atque acerrimis hostibus, ad exercitum, atque in militiae disciplinam proficiscatur; Hic miles, extrema pueritia, summi imperatoris; ineunte vero adolescentia maximi ipse exercitus imperator sit: Hic saepius cum hoste congregietur, quam caeteri /15^o/ cum inimico certent: plura bella gerat, quam caeteri legant: complures provincias conficiat, quam caeteri concupiscant. Huius adolescentia ad scientiam rei militaris, non alienis praeceptis sed suis imperijs: non offensionibus belli, sed victorys: non stipendijs, sed triumphis tradatur. Hic tanta tamque incredibili virtute imperatoria, tanto labore in negotijs, fortitudine in periculis, industria in agendo, celeritate in conficiendo, consilio in providendo, excellat: ut bellum maximum, diuturnum, longe dispersum, nullo labore, summa celeritate, /16^o/ victorys infinitis absolvat, atque omnino illustret. Hic tanta auctoritate in bellis administrandis, atque maiestate est: ut eius nomen gentes effrenatae, belloque superbae, formident: Agitatae nationes non minus opinione famae, quam recta ratione perhorrescant: Ipsi vero milites illo auctore, atque duce omnia se assequi posse confidant. Haec principes Hungari sunt quae virum bello magnum, atque gloriosum efficere possint. Haec sunt quae laudibus, et praedicatione, memoriaque sempiterna Themistoclem, et Epaminundam: Philippum, et Alexandrum: Scipionem, et Annibalem: /16^o/ Samsonem, atque Davidem: Atylam, et Mathiam: caeterosque omnes: Et Graeciae, et Macedoniae: et Hispaniae, et Italiae: Et Syriae, et Hungariae, principes in coelum extollunt. Verum, ut nemo sine laude bellica regnum principatumque sibi comparare potest, ita neque partum, sine mansuetudine, iustitia, atque pietate diutius tuerj. Quicunque igitur tanto nomine dignum se probare vult, refrenet libidines, iracundiam teneat, spernat voluptates, coercent avaritiam, caeterasque animi labes repellat, necesse est. Fieri enim nulla ratione potest, /17^o/ ut vel alys imperet, qui turpitudinj servit, vel homines contineat, qui seipsum continere non potest. Ac profecto non tantum mali est peccare principes (quanquam est magnum per seipsum malum) quantum illud, quod per multj etiam imitatores principum existunt. Nam licet videre quaecunque mutatio morum in principibus extiterit, eandem in populo secutam, Nobilium enim vita, victuque mutantato, mores regni solent mutarj. Nec solum vicia concipiunt ipsi principes: Sed ea infundunt in civitatem: neque obsunt quod solum ipsi corrumpuntur, Sed etiam quod corrumpunt: plusquam exemplo, quam peccato nocent. Pauci enim, atque admodum paucj honore, et gloria amplificatj /17^o/ vel corrumpere mores hominum, vel corrigere possunt. Inde mirari iam desinamus, quid sit, quod Dominus Deus vicia principum, omnibus aetatibus, tam severe puniverit, tantisque saepe cladibus israeliticum populum affererit propter eorum scelera, et idolatriam qui summae rerum praefuerunt: admirerunque potius nostrorum maiorum instituta, et moribus atque vita studeamus exprimere. Nam licet nullius ingenij tantum sit flumen, nulla dicendi, aut scribendj, tanta vis, tantaque copia: quae, non dicam exornare: sed enarrare maiorum nostrorum res gestas possit: hoc tamen affirmo, et hoc /18^o/ omnium pace dicam nullam in eis esse laudem ampliorem, quam eam que humanitate, iustitia, mansuetudine, atque pietate continetur. Soleo saepe principes ante oculos ponere, idque libenter crebris usurpare sermonibus: omnes exterarum gentium, potentissimorumque populorum, omnes clarissiromum regum res gestas, cum nostrorum imperatorum atque principum facinoribus: nec contentionum magnitudine, nec

numero praeliorum, nec varietate regionum, nec celeritate conficiendj, nec dissimilitudine bellorum posse conferrj: nec vero disiunctissimas terras citius cuiusquam passibus potuisse peragrari, quam eorum, non dicam cursibus, sed victorys illustratas esse. Quae quidem ego /18^o/ nisi tam magna esse fatear, ut ea vix cuiusquam mens, aut cogitatio capere possit, amens sim, sed maiora tamen sunt, quae domi liberalitate, constantia, fide, iustitia atque pietate gesserunt. Licet enim gentes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles, locis infinitas, omni copiarum genere abundantes domuerint: Ea tamen vicerunt, quae et naturam, et conditionem, ut vinci possent, habebant. Nulla est enim tanta vis, tantaque copia, quae non ferro, ac viribus, debilitari frangique possit: Verum animum vincere, iracundiam cohibere, victoriā temperare, /19^o/ adversarios nobilitate, ingenio, virtuteque praestantes, non modo extollere iacentes: Verum etiam pristinam eorum dignitatem amplificare, socijs leges et iura cum voluntate dei convenientia, praescribere. haec ego, qui faciat, non summis viris comparabo: sed simillimum sanctis iudicabo. Itaque maiorum nostrorum laudes celebabantur, illae quidem non solum nostris: sed pene omnium gentium literis atque linguis: neque ulla aetas de laudibus eorum conticescet: sed tamen ea quae clementer, mansuete, iuste, moderate religioseque gesserunt, maiore cum admiratione, atque gaudio commendabuntur: eorumque pietas quotidie magis ac magis florescet: ita ut quantum bellis eorum diuturnitas /19^o/ detrahatur, tantum afferat laudibus. Omni studio Principes itaque danda vobis opera est, ut non solum Atylam, et subtarum: sed etiam Stephanum atque Ladislauum: Mathiam et Huniadem imitemini, atque non solum virtute et armis, hostes reprimere: sed multomagis pacis artibus ac studijs beatissimam tot hominibus imperio vestro subiectis, vitam contexere preseveretis, τοῦτο γὰρ ut Plato divinus ait, πάντων μεγαλοπρεπεστάτων ἴφασμάτων ἄριστον. Haec enim textura est omnium magnificentissima et optima. /20^o/ Quoniam de principum natura dixi, nunc de commodis eorum, atque utilitate paucā dicam. Tanta siquidem propositae descriptionis utilitas ac virtus est: ut vestros animos incendere, atque inflammare merito possit: in qua non solum vestra Principes Hungarj, sed etiam reliquorum ordinum, atque aetatum ingentissima, certissimaque bona geruntur. Nulla enim conservandi principatus inveniri melior via potest: quam quae severitate, et comitate, magnificētia, et gravitate constat. Nulla ratio legibus: vel firmior, et constantior: vel utilior, et iucundior esse potest. Ο νόμος /20^o/ γάρ, ut singularis ille doctor atque magister prudentiae dicit, παντῶν ἔστι βασιλεύς, Θέων τε καὶ ἀνθρωπέων πραγμάτων, δεῖ δὲ αὐτὸν προστάτην εἶναι τῶν καλῶν καὶ τῶν αἰσχρῶν, καὶ ἄρχοντα καὶ ἡγεμόνα, καὶ κατὰ τὸν κανὼνα εἶναι δικαίων καὶ ἀδίκων, καὶ τῶν φύσει πολιτικῶν ἔών προστακτικόν μέν τῶν ποιητέων, ἀπαγορευτικόν δὲ τῶν οὐ ποιητέων.

Lex enim divinarum humanarumque rerum regina est, quam praesidere principem, ducemque esse et honestis, et turpibus convenit: secundumque iustorum iniustorumque regulam esse: et eorum quae /21^o/ naturaliter civilia sunt animantium: ut facienda quidem iubeat, rursus non facienda prohibeat. Est namque summa ratio ad salutem hominum, civitatumque incolumentatem, vitamque: et quietam, et beatam, ex primis naturae fontibus, et ex immortali divinitate hausta, et expressa, perpetuisque, et immutabilibus figuris adumbrata: quam legem: civitatis bone constitutae,

et ordinatae communem conspirationem, et conventionem appellamus. Fieri siquidem nulla ratione potest, ut vitam, et coniuges: fortunas, et liberos: omnes eos qui nobis chari sunt, et in quibus ornamenta vitae nostrae collocamus, defendere, tueri /21^v/ et conservare sine praesidio legum, quas boni principes imperio suo subiectis ferunt, valeamus. At fortasse dicet aliquis: praecclare quidem nostra lenitate, et clementia legibus et iustitia omnibus hominibus consulitur: At nobis omnino nihil consulitur. Si quis igitur huiusmodi (qualem esse neminem existimo) tam crudelis et amens erit: qui privatam utilitatem, ornamentaque domestica, saluti communi publicisque commodis anteponat: excitet ipse se, et quae dicam, attentus audiat. Quid igitur est, principes, in quo spem utilitatis, et emolumenti reponemus? An cum gratia singulari, /22^r/ fortunisque innumerabilibus, et omni splendoris genere cumulamur? An cum ab hominibus colimur, veneramur, et amamur? An cum salutis, et conservationis spes in vita, et salute nostra conquiescit? At, deum immortalem, quid tam idoneum, et tam oportunum? quid tam praesens, et consentaneum? vel ad conciliandam benevolentiam, vel ad cumulandas opes, vel ad firmandam, et stabiendi gratiam atque opinionem de nostra conceptam salute, quam in principatu et excelsa fortuna, abiectos et tenues humanitate, benevolentia, facilitate atque omni lenitate prosequi? /22^v/ Quam leges cum natura, verboque dei consentientes: vel ad conservationem tranquillitatis publicae, vel ad faelicitatis aeternae comparationem proponere, et exhibere. Nulla enim natio tam barbara, et immanis est, quae non comitatem, non benevolentiam, animumque facilem diligat: quae contra non superbos, non maleficos, non crudeles aspernat, et odio habeat: Nulla est tanta tamque frequens: Nulla tam inmansueta, et ferrea, quae ocium, et concordiam; foelicitatem, et gaudium non amaverat, non benevolentia prosecuta, quae non contra turbulentos furores, et miseriam: non merorem, et infaelicitatem detestata /23^r/ et repellere conetur. Quoamobrem videte, Principes, ut artibus, et studijs: clementiae, humanitatis, et iustitiae, vos opesque vestras: imo etiam reipublicae salutem conservare velitis, et amplificare: Satis multa mihi, Principes, de duabus nostrae distributionis partibus verba fecisse videor: Tertius itaque nunc et ultimus restat locus, de dignitate et honoribus: amplitudine, et maiestate principum: in quo vis, et potentia: facultas, et robur, firmamentumque nostrae quaestionis est. Frustra enim princeps describeretur, frustra proponerentur illius artes, et studia: frusta etiam commoda utilitatesque adiungerentur: si humilis, si abiecta, si obscura, si tenebricosa /23^v/ dignitas eius esset. Quamobrem ne lux, et splendor: claritas, et fulgor principatus nostram orationem obscuret, et obruat: et quasi quodam torrente, disturbet, praecipitemque agat: vela nostrae navis contrehemus: et etiam testimonia non ex humanis consilys: fluxis labilibus, et caducis: verum ex divinis oraculis: firmis, constantibus, magnificis, et immutabilibus assumemus. Quid ergo est, Principes Hungari, quod dominus deus: conditor caeli, et terrae, et omnium quae sunt in eis, per psalmographum bonis tribuit principibus? An divitias? an honores? An vitam longam? /24^r/ An rerum omnium copiam? Minime. Quid ergo? participationem divinitatis. Ita enim David, rex Israel et propheta singularis, instincta spiritus dei, canit de bonis principibus. Ego dixi vobis dij estis: hoc est, auctoritate mirabili, vos principes ornavi, meam potestatem vobis tradidij, constitui vos super populum meum, ut mea fungamini auctoritate: ut populum in iustitia,

fide, spe, Charitate, fortitudine, caeterisque virtutibus gubernetis: ut hostes repel-
latis: ut maleficos, et inprobos puniatis: ut bonos, et honestos munieribus, atque
praemij afficiatis: ut denique nomen meum inter homines celebrare faciatis, [24^v] /
et quisquam, Principes, iam dubitabit, vos florentes, et faelices, admirabiles, et di-
vinos esse: si tot, tantisque commodis, atque amplitudinibus dignos probare velitis.
Dixj.



A De munere principum beszéd első lapja